



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

19. An si adsint opiniones pro validitate, vel nullitate alicuius ordinis,  
teneatur in hoc casu quis ordinem denuo recipere? Ex quo infertur, quod  
Sacerdos, & Episcopus, si non tetigit vasa sacra, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

interfuisse, v. g. quia debita materia non fuit; vel non fuit debite applicata, aut calicem, librumve non tetigerit; aut abfuit in Sacerdotio manus impositio, posse quolibet tempore eiusmodi defectus suppleri: hoc enim non est Ordinem celebrare, sed perficere, quod imperfecte praestitum est tempore Ordinationis: & licet quando quid substantiale omisum esset, deberet suppleri statutis temporibus, vt docet aliqui Doctores apud Thom. Sanch. lib. 7. consil. c. 1. dub. 13. n. 7. & cum iterantur Ordines ex dubio primi Baptismi, non debet suppleri iis temporibus; cum in his Ordinibus nihil defuerit, quod debito tempore non sit collatum; & hoc statutum est pro vera, & absoluta Ordinum collatione, no pro conditionata. Similiter, non est necesse, vt in Ecclesia, aut alio publico loco conferantur, sed fat est in secretiori confertur. Propter haec ego etiam existimarem, licere eodem die omnes Ordines, tam minores, quam maiores, simul iterari: licet consulere, minores cu Subdiaconatu vno die, & duobus sequentibus Diaconatum, & Sacerdotium suscipere, nisi aliquod scandalum, aut incommodum notabile ex hoc oriretur: quod quide vitandum erit, & maximu esset in publicitate, & interstitis, videlicet, nempe, quem Sacerdotem cognouerunt homines, modo factis initiari. Deinde solennitates omnes, quibus Sacerdotium, Diaconatus, & Subdiaconatus, vel alij minores Ordines conferuntur, non esse necessarium adhibendas in hac conditionali Ordinum repetitione existimo: sed solum praecise sub conditione iteranda esse ea, quae requiruntur ad valorem Sacramenti. Ita Granado contron. 9. de Ord. tr. 3. disp. 3. & alij ex Recentioribus ab ipso tacito nomine relati, asserentes, in defectu substantiali irritanda solum esse ea, quae omnia sunt, vel de quibus dubitatur, v. g. contactus instrumentorum, vel manuum impositio, simul cum probatione formae. Quod praecipue obseruari sufficit in defectu dubio, & in iterando conditionaliter Ordine, cuius caeremonias omnes certo scitu esse factas, & scito haec suppleri posse a quocumque i. p. p. o. Hucusque Quintanaduenas. Confirmantur supra dicta ex doctrina Lessij, qui nouissime in Anuario casuum conscientiae ad 1. 2. D. T. b. verb. Ordines sacri, cas. 2. n. 6. docet, Episcopum posse ordinare extra tempora Subdiaconum, qui susceperat Ordinem Subdiaconatus cum actuali intentione, & protestatione illud i. o. suscipiendi: quia in foro externo ille iam censetur ordinem hunc susceperit, esseque Subdiaconus ac proinde in foro externo satisfecit Canonis de Ordinibus suis temporibus suscipiendis, sicut qui in foro externo contra matrimonium praesumptum cora Parocho, & testibus; irritu tamen ob aliquod occultum impedimentu, sublato impedimento potest contrahere absque Parocho, & testibus, vt declarauit Pius V. quia satisfecit foro externo, habeturque verus coniux. Ita Lessius, cuius opinio satis nostra probabilis esse declarat.

2. Sed hic querendum est etiam pro praxi, an aliquis Episcopus Ordines, aliaque Pontificalia exercere possit in loco exempto ex licentia Ordinarij illius loci, nulla ab Episcopo, (intra cuius Diocesim locus ille exemptus est) irrequista licentia. Supponit Valquez disp. 143. c. 3. n. 53. id fieri posse, sicutque verba Concilij: non enim Episcopi, sed Ordinarij licentiam requisit. Caeterum, si locus exemptus sub aliqua Diocesi contineatur, verius cenfeo, no solum licentiam Ordinarij illius loci, sed etiam Episcopi necessarium esse: quia veru censetur Ordinarius. Secus esset, si locus exemptus ad nullam Diocesim pertinere. Et ita docet Barbosa de potestate Episcop. part. 2. all. g. 6. num. 12. & 13. & Castr. Pal. rom. 4. tr. 27. disp. unica, punct. 15. num. 10. & alij. Vnde mensibus elapsis recte ego consului, Episcopum non potuisse

in Monasterio Regularium exemptorum illos ordinare sine licentia Episcopi diocetani, in cuius Diocesi Monasterium illud extabat.

RESOL. XIX.

An si ad sint opiniones pro validitate, vel nullitate alieius ordinis, teneatur in hoc casu quis ordinem de nouo recipere?  
Ex quo inferitur, quod Sacerdos, & Episcopus, si non tetigit vasa sacra, aut illud instrumentum, in cuius porrectione imprimitur Character, teneatur iterare ordinem sub conditione; & secus autem si quis sumeret Diaconatum, & Subdiaconatum.  
Et an contabnu vasorum sacroru, aut instrumenti, v. g. Calicis cum Patena, & Hostia in Sacerdotio sit de essentia Sacramenti, ita vt sine illo no sit verus ordo?  
Et breuiter notatur Sacerdotem, qui immediate tetigit Patenam, licet non tetigerit Hostiam, possit tuta conscientia exercere ordinem Sacerdotalem, nec teneatur illum iterare.  
Et aduertitur, quod sola oblitio, aut solus timor non est sufficiens ad verum dubium, aut probabilitatem, vt illic ordo iterandus sit. Ex part. 5. tr. 13. & Milc. 1. Ref. 47. & ad pedem literae sicut in §. 1. dictae Ref. in dicta part. 5. tr. 14. Ref. 64. sed hic tantum Ref. 1. hic designata transcribitur.

§. 1. **C**ertum est quoties dubium occurrit, an Ordo sit vere collatus, siue quia materia est dubia, siue quia sunt rationes sufficientes dubitandi, posse tunc & debere iterari sub conditione: Sed difficultas est, quando ad sunt opiniones probabiles pro nullitate, vel validitate Ordinis; & in tali casu placeat mihi opinio Iacobi Granado in 3. part. de Sacram. controuers. 9. tract. 1. disp. 6. num. 2. vbi sic ait. Supponendum est, si sit opinio probabilis Ordinem vere fuisse susceptum, & sic etiam probabilis opposita sententia, posse tunc sine dubio iterari Ordinem sub conditione, vt in generali diximus de omnibus Sacramentis tract. 1. de Sacrament. in gen. disp. 4. Vtrum autem teneatur quis illum Ordinem iterare, ibidem breuiter explicuimus; si enim Ordo sit Sacerdotalis, aut Episcopalis, teneatur sine dubio iterare, quia alioqui exponitur periculo non consecrandi, non abluendi penitentes, non ordinandi, cum probabile sit illum non habere potestatem Ordinis ad id requisitam; cum autem id cedat in maximum detrimentum fidelium, teneatur Ordinarius vitare huiusmodi incommodum, recipiendo praedictum Ordinem secundum certam doctrinam, & non iuxta opiniones, in quibus potest esse deceptio. Quod vero attinet ad reliquos Ordines inferiores, non obligarem eum, qui iuxta probabilem opinionem eos recepisset, vt illos iteraret etiam sub conditione. Moueor ad ita sentiendum, quia isti Ordines non sunt ita necessarii, vt per sacerdotalem potestatem suppleri non possint munera, propter quae sunt instituta, & propterea non habent annexum aliquem actum absolute necessarium ad salutem fidelium, aut defectu cuius proueniat Ecclesiae notabile detrimentum; cum ergo aliunde homo sit ordinatus iuxta probabilem opinionem, ac proinde prudenter possit sibi persuadere Ordinem fuisse validum, non est cur ad illius iterationem obligetur. Ita Iacobus Granado, & ego.

2. Vnde ex his inferitur cum dicto Granado, quod Sacerdos, & Episcopus, si non tetigit vasa sacra, aut illud instrumentum, in cuius porrectione imprimitur character, teneatur iterare Ordinem sub conditione; secus autem si quis sumeret Diaconatum, vel Subdiaconatum. Et ratio est, quia ad sunt opinio

Sup. contens ro in hoc §. 2. ad literam infra in Ref. 79. §. Quoad secundum, a lin. eius §. & iteru ad pedem literae in duplicata ref. huius tituli, quae hic non est transcrip. t. signanter infra in tract. 6. ex Refol. 16. §. Respondeo secundo. Sup. his in duabus primis Refol. nor. seq. & in eisdem §. & latu in ro. 4. tr. 8. Refol. 47. per totu & signantes §. Verum.

Sup. hoc §. pra in Ref. 7. ex doctrina §. Probatur etiam nostra, in fine, & in Ref. 11. §. vlt. & pro diff. §.

Sup. hoc in Refol. prima non praeterit ad lin. 10. eius §. 1. & in R. 6. §. 1. in fine.

Sup. hoc de Refol. Ref. 1. non prima huius Refol. ad lin. 6. §. Sed ad.

Sup. hoc in principio §. Nua.

Sup. hoc in fine in ref. Ref. 145.

Sup. hoc in fine in Ref. 81. §. Aliter quomodo, & in Ref. 88. §. 1. signanter lego ante me. Etiam a vers. Item Engenius: Sed vide cam per motum, & hoc intellige pro Monasteriis Regularium exemptorum tantum.



hujus textus contenta à lin. 7. & vers. in contractus vasorum &c. late supra in Ref. 9. §. 2. in fine vers. Imo, & in aliis eius not. & in tom. 4. tr. 8. ex Ref. 47. §. 2. & §. verum & loqq.

Alibi supra in Ref. 8. & in principio Ref. 9. & in x. 17. §. sed his, in fine, & in duobus §. 8. loqq. & in Ref. 12.

nes probabiles hinc inde, an contactus vasorum factorum, aut instrumenti, verbi gratia, Calicis cum Patena, & Hostia in sacerdotio sit de essentia Sacramenti, ita vt sine illo non sit verus Ordo. Negat enim Caietanus in sum. ver. Ordinantium peccata, Armilla verb. Ordo, n. 4. Sotus in 4. distincl. 44. qu. 1. art. 2. Victoria in summa, quæst. 21. Emanuel Sa verb. Ordo, 7. 3. Tabiena eodem ver. 2. n. 1. Et hanc opinionem probabilem esse docet Henriquez lib. de Ordine, cap. 10. n. 1. Sed negatiuam sententiam tenet Dicus Thomas in addit. ad 3. part. quæst. 34. art. 5. ad tertium & se retractans Caietanus tom. 1. opuse. tract. 26. Paludanus in 4. distincl. 24. quæst. 1. art. 1. num. 6. Ledesma in 2. part. 4. quæst. 36. art. 5. Palutius in 4. sentent. tom. 2. distincl. 24. quæst. 1. Angelus verb. Ordo, n. 9. Syluester eodem ver. 2. quæst. 5. dicto 3. Nauarrus in Manuali, cap. 22. n. 3. Bartholomæus Ledesma de Sacramento Ordinis, dub. 3. & alij afferentes, quod necesse est ad Sacramenti veritatem attingere ipsa instrumenta. Igitur in tali casu, vt dictum est, Subdiaconus & Diaconus non teneantur iterare Ordinem, si non tetigerunt instrumenta; secus autem Sacerdos, & Episcopus. Nota tamen, vt ego alibi notati, & notat etiam Iacobus Granado vbi supra n. 10. Sacerdotem, qui immediatè tetigit patenam, licet non tetigerit hostiam, posse tuta conscientia exercere Ordinem sacerdotalem, nec tenei illum iterare.

3. Et tandem pro scrupulosis notandum est hinc oportere hac in re distinguere scrupulum, aut nimium timorem à vero dubio, aut opinione, non enim quia quis timet num ordinatus sit, aut præcisè quia non recordatur tetigisse vasa sacra, aut non tetigisse se imaginatur, illico Ordo iterandus est, sola enim obliuio, aut solus timor non est sufficiens ad veram dubium, aut probabilitatem; multa enim obliuiscimur, quæ verè fecimus, & timor ipse, ac nimia sollicitudo tangendi instrumenta, in quorum portectioe imprimatur character, faciunt videri obliuioni traditum, quod reuera memoramur. Sed ex his oritur alia non leuis difficultas: Quæro igitur.

RESOL. XX.

Quam intentionem habere debeat Sacerdos non iter ordinatus, quando cum Episcopo in Missam solemnem concelebrat? Ex part. 3. tra. 4. Ref. 50.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. loqq. & signanter in tom. 3. tr. 1. Ref. 48. per totam, & late in tom. 4. tr. 8. Ref. 89. & 90.

§. 1. **H**ic casus frequenter accidit, relinquendo placita aliorum DD. ponam hic ea, quæ circa præsentem quæstionem docet doctus Layman in exam. Theol. moral. lib. 5. tr. 1. cap. 7. n. 5. vbi sic asserit Curandum est illi supradicto, scilicet Sacerdoti, vt non post alios verba consecrationis finiat, nam si alius quisquam absolutam consecrandi intentionem habens, ante alios ipsiunque principalem sacrificantem Episcopum verba consecrationis finiat, solus is consecrabit. Quod incommodum vt enitetur, monent DD. concelebrantes oportere habere intentionem conditionatam, videlicet consecrandi, si simul cum Episcopo verba consecrationis absoluant, non item si præueniant. Mihi verò magis placet cautio Doctorum monentium, vt noui Sacerdotes seruent generalem intentionem proferendi verba secundum voluntatem Ecclesie, quia non desunt, qui existimant, illos verba consecrationis non dicere formaliter, & cum intentione consecrandi, sed tantum recitatiuè, & materialiter in signum potestatis sibi concessæ; in quam sententiam valde probabilem propendunt Richardus, & Suarez. Hæc omnia Lay-

man, vide etiam Caietanum in 3. part. q. 82. Henriquez lib. 8. cap. 18. n. 2. & Suarez tom. 3. disp. 6. §. 12. & alios. Non tenetur hæc, quia multos scrupulos sedabunt.

RESOL. XXI.

An Sacerdos cum ordinatur, si intelligit iam verba a socio prolata esse, teneatur ipsa non proferre, & iterare verba consecrationis? Ex part. 5. tra. 14. & Milica. Ref. 82.

§. 1. **H**ic casus potest frequenter accidere, & apud paucos inuenies pertractatum, quod ad eius resolutionem ponam hic ea, quæ inueniuntur in thesibus Theologicis defensis in Collegio Romano Societatis Iesv. à Marchione Sotta, & Pallaucino lib. 8. num. 145. & 146. vbi sic licet. Quando Sacerdotes ordinantur, & plures proferunt super eadem hostia verba cum Episcopo, omnes habere debent intentionem consecrandi, & iterare Pontificali Clementis VIII. dicuntur celebrare, & admonentur vt curent simul absoluerè cum Episcopo, quod alioqui non esset necessarium, nec aliter potest esse effectum consecrationis, si plures dicuntur, nec finiri, quod talis sit consecrationis intentio. Etenim non est in potestate Ministri consecrare Sacramentorum effectus, præsertim quia in hoc casu verba consecrationis multorum non habent veritatem de præsentibus, si non statim verificentur. Dicendum est igitur ideo non reiterari verba celebrare, quia licet plerique proferant sine effectum, tamen innocetè hostiam esse iam ab alio consecratam, quare vnusquisque habet sufficientem voluntatem inueniendi pyon auiciandi cum effectu formam consecrationis, quod si aliquis antequam absolueret, non dicit verba esse ab alio complete prolata, & iterare quidem existimamus cum teneri ad non prosequendum vterius formam consecrationis, saltem cum intentione consecrandi; præterit verò cuius est proferre verba cum intentione faciendi id, quod intendit Ecclesia. Sic ibi.

RESOL. XXII.

An Episcopus consecrat etiam Episcopalem Ordinem? Et an oporteat Episcopum ordinari ab Archiepiscopo vel à Summo Pontifice? Et an saltem Episcopus debeat à tribus Episcopis consecrari? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 3.

§. 1. **R**espondeo, quod Episcopus est sufficiens, & idoneus minister, non solum ad consecrandos omnes Ordines sibi inferiores, sed etiam ad conferendum aliis similem Episcopalem Ordinem. Non enim oportet Episcopum ordinari ab Archiepiscopo, vel à Summo Pontifice. Quinimo in ratione Ordinis non inuenitur alius Ordo superior Episcopali: igitur ipsi Episcopo debeat conuenire ampla potestas conferendi ipsum quoque Episcopalem Ordinem. Sed vbi deest superioritas, & vt ait intentio, factum est, vt quodam extensione impletur, quod vnusquisque Episcopus à tribus simul Episcopis consecraretur, & ordinaretur, vt in Pontificali præferbitur, & in praxi seruatur. Hæc omnia docet Auerla de sacramen. Ordinis, quæ. sect. 2.

Sup. h. in Ref. & in tr. 8. n. 5. vbi dicitur, Quis leg. toram Ref.

Sup. h. tum,

